

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XXI

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

scuntur , si Philosopho & Plinio credimus ; ubi vero tardius visum recipiunt herba admota , Chelidonium quidam appellant , ei restituuntur . Coitus eis mirus . Nam cum cæteræ à majoribus descendantur , Hirundines contraria miscentur modo . Gesner . Corda eorum augere memoriam , si cum cinnamomo , & his quas elephaninas species nominant , fumantur , ex Hieronymo Montuo Medico Præstantissimo , audivisse se refert Iacobus Olivarius . Hinc Iohannes Vrinus .

----- *Cor mandito amomis*  
*Commixtum , ingenii via tibi major erit.*

## C A P U T X X I .

D E H A L I A E T O , I B I D E ,  
& L O X I A .

**E**X *Haliatis* , seu aquilis matinis , quidam dicuntur habete unum pedem aquilinum & aduncum , planum alterum anseris instar , eo ad natandum uti . Adipem etiam pretiosum in cauda continere , per aëta volare , & in eo veluti pendere , tum adipis aliquid in aquam immittere , à quo in pisces stupor , ut supini vertantur , & illorum capture , refertur à nonnullis . *Ibis avis* est Ægypto tam propitia , ut extra non vivat . Simul ac nata est , si perpendatur , duas ponderat drachmas . Plutarch . de avib . l . 4 . c . 9 . Majus illi cor quām ut proportione respondeat , intestinum nonaginta sex cubitorum , idque in Lunæ defensione comprimi , donec aucto splendore augetur , refertur *Gaudenius Merula* . Cum Arabica paludes pennarorum anguum mittunt examina , quorum tam citum virus est , ut mortsum , antè mors quām dolor insequatur , sagacitate quādam ad hoc velut excitatæ , in procinctum eunt universæ , & priusquam terminos proprios malum vastat , in aëte occurasant catervis pestilentibus . Marcell . *Loxias* ratione rostri nullam cum aliis avibus similitudinem gerit . Hinc putatur Aristoteli incognita . Rubete solet pectora , collo & ventre , sed hyeme mutat

mutat colorem. Seminibus cannabis, cadaveribus, nucleisque abietum delectatur; in ejusmodi denique arboribus Ianuario & Februatio mensibus nidificat. Hyemali tempore, cum frigore omnia rigent, cantat; etate abstinet.

## C A P U T X X I I . D E M I L V O.

**M**llvi ubique fere gentium degunt, sed loca mutant, præsertim si sint in vicinia. Nam alias in cavernis quercuum inventi sunt, pulvere carioso corpus foventes. Circa Pontum Euxinum tam multi hyeme adventante conficiuntur, ut si per quindecim dies tanta advolaret, quantam *Bellonius* una die vidit, copia, hominum exuperarent numerum. Adducunt secum Cuculum scapulis propter breves ejus volatus suscepimus. *Isidor.* Mutandi temporis cognitionem scriptura illis adscribit *Ierem. c. 8.* Tempore Caniculae in median æteris regionem tanquam frigidam se confert, & ibi à metidie ad vesperam degit. *Herodot. l. 2.* In Lybia tamen & Sancti Dominici Insula perennes sunt; Londini quoque, quia non licet occidere. Hinc per confertos etiam homines, prædam (est autem spurcites in urbem aut Thamesin ab incolis ejecta) in altum tollunt. *Clus. l. 2. c. 36. in observat. Bellonii.* Carnes etiam è macello auferunt panem è manibus puerorum, pileos de capitibus, nudilandi præsertim tempore. *Aelian. l. 2. c. 47.* Primit annis magnas venantur aves, vegetiores facti, parvas, tertio anno muscas & culices. Visum prædicat *Apulejus*, πτεντιφθαλμογενεί certe Aristophanes dixit. Tam alte volat, ut se interdum humanæ eripiat acie, tam late, ut nulla tam ampla æteris emeriat spacia: tam denique celeriter se dimittit, ut segmenta pulmonum bubulorum projecta artipiat, priusquam in terram deciderint. *Bellon. l. 2. de Avib. c. 26.* Immotis alis interdum se per horam in ætere vibrat. Elata enim ex parte pau-